tit.

Ferdinandus Maria Saluzzo Patricius Neapolitt. ex Ducibus Coriliani Dei et Apliccæ Sedis gratia Archi-Eppus Cartaginensis, SS.mi D.ni Nostri Domini Pii Divina Providentia PP. VI. Prelatus Domesticus et Pontificio Solio Assistens, Ejusdemq et S.æ Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ et Magno Ducatu Litt.æ cum facultatibus Legati de Latere Nuntius. —

Universis et singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit Significamus et ad notitiam indubiam deducimus, quod cum Sacra Congregatio Emmorum et Revndmor D.nor S.æ R.næ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Triden. Interpretum, attenta Attestatione Illstmi et R.ssimi Eppi Vilnen. commiserit Nuntio Apostolico, in Poloniæ Regno constituto, de Anno 1784.to Die 10.a Mensis Januarij ut Perillustri Addum R.do D.no Cancellario Cathedralis Vilnensis facultas fieret vendendi Bona Villas Trebitty cum predio Sawiezuny nuncupatas favore majoris Oblatoris et previa Edictorum affixione, ac in sequelam Illmus et R.dmus D.nus Uranopolitt. et Coadjutor Plocen. Eppus protunc S.æ Nuntiaturæ Apostolicæ in Regno Poloniæ ett. Regens, decrevit Commissionem in loco loci, et Commissarios qui Statum Bonorum describerent, et Bona predicta in venditionem offerrent, atq Contractum ineundum favore Majoris Oblatoris sub S.tæ Sedis approbatione seu reprobatione permitterent, deputaverit, qui quidem Commissarii rem suam per Actum Die 15.a Julii, 1784.to Anno absolverunt, et Contractum ineundum permiserunt, prout id Contractus per Coadjutorem Cancellarii Cathedralis Vilnen. et uti specialem Plenipotentem ex una et per Revdum ac Regsos Patres, Superiorem Totum Monasterium Vilnen. Ordinis Sancti Basilii Magni tanquam plus offerentes super venditione dictorum Bonorum pro Summa Viginti Millium florenorum Polonicalium Die 20.a Mensis Julii Anno D.ni 1790.mo stipulatus, et per Ipsummet Perillustrem Addum R.dum Prelatum Actualem Cancellarium Die 30.ma Mensis Augusti, eodem Anno approbatus, ac Die 29.na

Mensis

Ill.mo et R.mo Capitulo Cathedrali Vilnensi obtulerunt PP. Basiliani Monasterii Vilnensis Anno D.ni 1795. Die 5. 8bris —

Mensis Septembris dicto Anno coram publicis Actis roboratus
fuit, atq Rlgsi Patres in virtute permissionis praefatae et Con=
tractus initi possessionem acceperunt, ac e diverso Summae
Viginti Millium florenorum Polonicalium numeratae in Bo=
nis stabilibus locatio subsecuta. — Nunc vero ad Nos recur=
sus factus, et humiliter supplicatum extitit, ut ad pleniorem
executionem Literarum praelaudatae Sacrae Congregationis pro=
cedere, atq mentionatum Contractum et infra inserendum
approbare, dignaremur; Nos igitur viso et lecto Actu Dnor
Commissariorum eoq legali in hoc: quod Eis commissum fuit
adinvento, eundem Contractum approbandum et confirman=
dum Authoritate ptae Congregationis Sacrae, Concilii Tridenti
Interpretum, esse duximus, prout per Praesentes cum omni=
bus suis conditionibus et cautelis approbamus, confirma=
mus, eiq vim et robur firmitatis Apostolicae adjicimus. —
Volumus autem, et sub nullitate praesentium mandamus, ut
praesentes Literae Revndssimo Capitulo Cathedr: Vilnen
pro majori partium tutamine exhibeantur, et de Exhibi=
tione per legalem Attestationem in hoc Apostolico Tribunali
doceatur. — Tenor vero Commissionis de qua supra, et
Contractus ac alterius Documenti est qui sequitur, et
quidem. — 1mo =: Actum Vilnae Die Decima quinta Mensis Julii
Anno Dni 1789no. Nos infra scripti ab Illustrissimo Excelmo
et Rmo Dno Christophoro Hilario a Nigrow Szembek
Uranopolitano et Plocen Coadjutore Eppo a SSmo Domino
Nro Dno Pio Divina Providentia Ejus Nominis PP. VI. —
et S. Sede cum facultatibus Nuntii in Regno Poloniae et Mag=
no Ducatu Littae Deputato, Vices=gerente, ad infra scri=
pta peragenda specialiter designati, et Deputati Commissarii;
satisfaciendo mandatis Suae Illustrissimae Excellentiae in
Literis Commissionis de Data Varsaviae Die 27a Junii
Anno Domini 1784to in Personas Nostras directe expressis
in Termino Diei 23a Junii 1788 Anno, ex Literis innotescen
tialibus debite executis provenien ad praedium Trybilty, con=
descendimus, Jurisdictionem Nostram Commissorialem funda=
vimus, ac ad verificanda ea, quae in supplici Libello Nomine
Perillustris et Admum Rdi Dni Antonii Bukaty

Cancellarii

Cudzinski

et de non aliendis Beneficii
sui bonis, imo illicite alienatis
pro posse recuperandis